

## **Fabula dē Nemine**

In īnsulā Graecā habitat Cyclōps nōmine Polyphēmus. Cyclōps homō est cum ūnō oculō sōlō in mediō fronte.

Polyphēmus laetus est. Polyphēmus multās ovēs habet quae amat.

Ulixēs nauta est. Ulixēs ā Troiā ad Ithacam it. Ulixēs ad īnsulam Polyphēmī venit.

Polyphēmus videt Ulixem et dīcit, “Quis est tū?”

Ulixēs dīcit, “Sum vir Graecus. Dā mihi cēnam.”

Polyphēmus: “Minime, stulte. Nōn tibi cēnam dās.” Et Polyphēmus sūmit virōs Ulixis et ēst eōs.

Ulixēs: “Mehercule!”

Polyphēmus rīdet, “Hahahae. Magnus sum et tū parvus es. Quid nōmen est tibi.”

Ulixēs dīcit, “Nōmen mihi ‘Nēmō’ est.”

Polyphēmus salūtat eum, “Salve, Nēmō. Nunc dormiō.” Et Polyphēmus dormit.

Ulixēs perterritus est.

Ulixēs bacculum sūmit et id pōnit in oculō Polyphēmī.

Nunc oculus nōn in Polyphēmō sed ex Polyphēmō. Oculus in terrā est.

Polyphēmus plōrat, “Uhuhu!” et vocat, “Ēn! Nēmō pōnit bacculum in oculō meō!”

In īnsulā sunt multī aliī Cyclopēdēs quī audiunt Polyphēmum.

Dīcunt Cyclopēdēs, “Nēmō pōnit bacculum in oculō tuō? Bene. Optimē. Cūr plōrās?”

Cyclopēdēs nōn vident Polyphēmum neque ad eum venit.

Polyphēmus plōrat et Ulixēs rīdet.